



BOLETIN ECLESIASTICO  
DEL  
Obispado de Astorga

SUMARIO: I. Letras Apostólicas: Solemnidades por el centenario de San Jerónimo: Grados del Pont. Instituto Oriental.—II. Sagrada Congregación de Sacramentis.—III. Sag. Cong. del Concilio.—IV. Sag. Cong. de Ritos.—V. El Día de la Prensa Católica.—VI. Colecta de la Propagación de la Fé.—VII. Bibliografía.—VIII. Necrología.

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

*Decernitur de triduanis sollemnibus et de Capella Papali in Basilica Liberiana habendis et de similibus supplicationibus in universo catholico orbe peragendis in honorem sancti Hieronymi, Ecclesiae Doctoris, decimo quinto saeculo ab eius obitu exeunte, et indulgentiae plenaria et pariales conceduntur.*

BENEDICTUS PP. XV.

Universis Christifidelibus praesentes Litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem.—Cum in honorem sancti Hieronymi, Ecclesiae Doctoris, sae-

culo quintodecimo ab eius obitu exeunte, Pia Societas, ab eodem nuncupata, pro Evangeliiis vulgandis, sibi propositum habeat sollemnia celebrandi, Nos, in eminenti Sedis Apostolicae loco, disponente Domino, collocati, iniuncti Nobis officii munera cupientes salubriter exsequi, hoc laudabile Piae Societatis inceptum, quod ad excitandam provehendamque fidelium pietatem erga eundem Ecclesiae Doctorem erit summo-pere profuturum, amplissime probamus. Hieronymus enim, licet Stridone in Pannonia natus, in hac alma Urbe Nostra studiis litterarum sacrarumque disciplinarum vacavit, et postea diu sancti papae Damasi scriba atque a secretis perdiligens assiduusque fuit. Inter praestantissimos vero antiqui aevi christiani scriptores nemo forte reperiatur, qui acrius fidei morumque integritatem adversus haereticos et pravos christianos tuitus sit; at omnium consensu habetur et colitur Doctor Maximus Sacris Scripturis explanandis atque interpretandis, et Vulgata, quam eius studiis et laboribus Ecclesia debet, non modo est, Concilii Tridentini decreto, authentica declarata et usu ecclesiastico recepta, sed etiam a doctis viris cotidie pluris aestimatur. Quam ob rem Piae Societatis, quae patrocinio ac praesidio Magistri omnium latinorum Sacrae Scripturae interpretum utitur, visum est Nobis merito commendare propositum, quod supra memoravimus, saecularia sollemnia celebrandi in Patriarchali Basilica sanctae Mariae Maioris, vulgo «Liberiana»: in quam, ut e constanti hominum memoria testimoniisque fide dignis colligitur, temporibus expeditionibus Crucigerorum a sepulcro Bethlemitico translatum est corpus sancti Doctoris, ibique servatur et pie colitur. Ut igitur, in hisce saecularibus sollemnibus, Piae Societati a sancto Hieronymo, de Evan-

geliorum divulgatione tam praeclare merita, gratificemur, et simul sancti Doctoris cultum magis magisque apud Christifideles provehamus, statuimus peculiari voluntatis Nostrae significatione faustae commemorationis laetitiam ac sollemnitatem augere. Itaque decernimus in Liberiana Basilica, diebus decimo septimo, octavo et nono mensis decembris, hoc anno, triduanas haberi supplicationes, et, ad liturgiae splendorem amplificandum, postremo ex tribus die, id est decimo nono, Missam et alia divina officia in eodem templo in Pontificalibus celebranda, etsi Nobis absentibus, super altare maximum, Summis Pontificibus reservatum, peragi, adstantibus Emis. ac Rvmis. S. R. E. Cardinalibus, nec non RR. DD. Praelatis, qui ius habent ad Capellas Papales conveniendi, tamquam si coram Nobis Sacra illa celebrarentur, Licentiam tamen huiusmodi, per has Apostolicas Litteras, uti mos est, pro hac vice tantum concedimus atque impertimur. Ut sollemnia autem, quae supra diximus, uberiore cum spirituali emolumento celebrentur, largimur ut omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentibus et confessis ac sacra Communionem refectis, basilicam sanctae Mariae Maioris, ultimo sollemnium praedictorum die, devote visitaverint vel Sacris inibi, ob hanc causam peractis, interfuerint, ibique de more pro Christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam, semel tantum, omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Itemque iisdem Christifidelibus, qui, duobus triduanae supplicationis praecedentibus diebus praedictam basilicam devote visitaverint ibique, corde saltem

contriti, ut supra oraverint, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis, in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes etiam animabus Christifidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicari posse indulgemus. Quo autem huius decimiquinti saecularis anni commemoratio fructuosior ac sollemnior existat, optamus ut, intra annum a tricesimo die huius mensis septembris, in toto orbe catholico, quo et tempore et modo cuique Episcopo videbitur, sollemnis similis in honorem sancti Hieronymi, Ecclesiae Doctoris, tridūana supplicatio fiat: cui quotquot interfuerint, eis omnibus et singulis indulgentias, quas et, uti supra memoravimus, usitatis condicionibus, lucrari licebit. Quam triduanam supplicationem in dioecesibus peragendam aliave sollemnia vehementer cupimus ut praecipue promoveant sodales Societatum a sancto Hieronymo, sicubi existant, Academiae theologiae et quotquot in Seminariis et in studiorum Universitatibus rei biblicae vacant, ut magnus iste Sanctus ipsis non solum caelestis solatii copiam, sed idonea quaeque auxilia benigne a Deo impleret ad recte Sacram Scripturam interpretandam, ab adversariis tuendam fructuoseque meditandam. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus ac Litteris apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, ceterisque contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XV mensis septembris, anno MCMXX, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, a Secretis Status.

II.

*Facultas sit Pontificio Instituto Orientali Doctorales Laurea-  
reas conferendi.*

BENEDICTUS PP. XV.

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod Nobis in con-  
dendo Pontificio Instituto Orientali proposueramus,  
ut quantum in Nobis erat, antiquo catholicarum  
Orientis regionum decori restituendo consuleremus, id  
feliciter iam nunc evenire, ex iis quae, dilectus filius  
Ildephonsus Schuster, Abbas et Ordinarius S. Pauli  
extra Moenia, Praeses Pontificii Instituti Orientalis  
nuper ad Nos attulit, permagna sane cum iucundi-  
tate comperimus; placuit enim accipere, plures iam  
ex utroque clero discipulos curriculum studiorum,  
quod, Litteris die XV mensis octobris anni MCXVII  
datis, constituimus, uberrimo cum fructu exegisse.  
Opportunum igitur videtur, rem tam prospere, Deo  
dante, inceptam sic provehi, ut maiora in dies incre-  
menta capiat et copiosiores afferat utilitates, quibus  
in primis catholicae Ecclesiae Orientalis Patriarchae  
atque sacrorum Antistites merito delectentur, qui  
Instituti ipsius exordia et coram et scriptis Nobis  
sunt gratulati. Itaque ut piam alumnos inter aemu-  
lationem alamus honestumque laboris certamen pro-  
moveamus, utque simul doctores variis disciplinis in  
Instituto tradendis probe noverint quanti eorum pe-  
ritiam diligentemque operam faciamus, re accurate  
perpensa conlatisque consiliis cum dilecto filio Nostro  
Nicolao S. R. E. Diacono Cardinali Marini, Sacrae  
Congregationis pro Ecclesia Orientali secretario, apo-  
stolica auctoritate Nostra, harum Litterarum vi, Pon-  
tificio Instituto orientali concedimus in perpetuum, ut,  
perinde atque aliae studiorum Universitates vel Aca-

demiae in Urbe existentes, doctorales laureas, in ecclesiasticis dumtaxat disciplinis quae ad Orientales christianas gentes attinent, conferre possit ac valeat alumnis ex utroque clero, cum latino tum orientali, qui eiusdem Instituti scholas, secundum leges et statuta ipsius propria ac per Nos probata, biennium celebraverint et, facto scientiae suae periculo, cum voce tum scriptis, coram academico doctorum coetu, maiorem suffragiorum numerum retulerint. Praesentes vero Litteras, quibus Nobis videmur utiliter Instituti ipsius incremento consuluisse, decernimus firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinet, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xxv mensis septembris mcmxx, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

## Sac. Cong. de Sacramentis

MATRIMONIO CANÓNICO SIN LAS FORMALIDADES CIVILES

DUBIUM

Sequenti dubio a nonnullis locorum Ordinariis proposito: *An admitti possint ad celebrationem matrimonii mulieres, viris bello interfectis orbatae, quae, ne an*

*nua Gubernii pensione priverentur, praetermittere volunt celebrationem matrimonii, ut aiunt, civilis.*—Eminentissimi ac Rdmi. Patres huius S. Congregationis in Generali conventu habito die 30 iunii 1917, respondendum censuerunt: *Non esse recedendum a praxi S. Congregationis, ideoque amissionem pensionis non esse causam sufficientem permittendi celebrationem matrimonii absque ritu civili. Quod si aliae habeantur circumstantiae, recurrendum in casibus.*

Quam EE. PP. resolutionem SS. D. N. Benedictus Papa XV in audientia 1 iulii 1917 ratam habuit et confirmavit.

Ph. Card. GIUSTINI, *Praef.*

## S. C. DEL CONCILIO

*Carta circular a los Rdmos. Ordinarios de Italia sobre enseñanza del Catecismo y explicación del Evangelio.*

Rdmo. Señor:

Si en todo tiempo es necesaria la instrucción religiosa del pueblo cristiano, lo es mayormente en estos tiempos calamitosos en que se intenta por todos los medios minar en su misma base el orden religioso y social. Y el nuevo Código de Derecho canónico en los capítulos *de catechetica institutione* (can. 1329-1336) y *de sacris concionibus* (canon 1344-1348) prescribe normas taxativas para la explicación del Evangelio al pueblo.

No hay duda que los Rdmos. Ordinarios de Italia en su celo iluminado, habrán inculcado a los párrocos y a los otros que tengan cura de almas (en el modo que la prudencia y la solícitud por la grey que les ha sido

encomendada les dictaba) la exacta observancia de las sabias disposiciones establecidas por el Derecho canónico.

Sin embargo, en el intento de dar un mayor impulso a la instrucción religiosa y de coadyuvar a la acción de los Rvdmos. Ordinarios en una causa de tan capital importancia, esta Sagrada Congregación, con la plena aprobación del Santo Padre, invita a los Rdmos. Ordinarios de Italia a responder, según su conciencia y en el tiempo más breve posible, a las siguientes preguntas:

I. Si se han tomado providencias para la ejecución de las indicadas disposiciones relativas a la explicación del Evangelio y a la enseñanza del Catecismo; y cuáles han sido.

II. Si por el Obispo han sido establecidas penas especiales contra los infractores.

III. Si todos y cada uno de los párrocos de la diócesis y otros que tengan cura de almas:

a) explican el Evangelio al pueblo todos los domingos y otras fiestas de precepto, y

b) en los días señalados explican a los adultos la Doctrina Cristiana, y si se ha introducido la costumbre de vacar algún día, y por qué causa.

IV. Si los párrocos y otros que tengan cura de almas enseñan por sí o por medio de otros el Catecismo a los niños; y

a) en qué tiempo y de qué modo lo enseñan:

b) si preparan, y de qué modo y en qué tiempo, a los niños para la Confesión, la Confirmación y la primera Comunión;

c) si en toda parroquia han sido erigidas las Confraternidades de la Doctrina Cristiana;

d) si se han usado otros medios para la enseñanza



del Catecismo a aquellos que no tuvieron tal instrucción, y cuáles han sido.

V. Indíquense los nombres de aquellos párrocos y curas de almas que no han cumplido con los deberes señalados en los números III y IV.

VI. Cuáles han sido las providencias tomadas por la autoridad diocesana contra los transgresores.

VII. Si para estos transgresores, además de la acción del Ordinario, sería conveniente la intervención de esta Sag. Cong.

VIII. Si el clero secular y regular se presta a la enseñanza del Catecismo en la parroquia y, en caso negativo, por qué motivos. Indíquense las personas y los institutos religiosos.

IX. Indíquense las otras medidas que se podrían tomar por la Santa Sede, a fin de que las disposiciones canónicas tocantes a la enseñanza del Catecismo y a la explicación del Evangelio sean puestas en ejecución eficazmente.

Roma, de la Secretaría de la Sagrada Congregación del Concilio, 31 Mayo 1920.

D. CARD. SBARRETTI,  
Prefecto

G. MORI,  
Secretario

---

## SAGRA CONGREGATIO RITUUM

---

### I

### DECRETUM

#### *De editione typica Memorialis Rituum*

Memoriale Rituum, quod pro aliquibus praestantioribus sacris functionibus in Ecclesiis minoribus a Sum-

no Pontifice Benedicto XIII probatum eiusque iussu editum fuit ac pluries reproductum, nunc iuxta leges liturgicas etiam recentiores diligenti studio revisum atque opportune reformatum, Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, suprema Sua auctoritate recognovit, atque hanc Memorialis Rituum editionem tamquam typicam habendam esse sancivit: simulque statuit ac declaravit, ut eidem editioni omnes ceterae in posterum conformari atque authentico testimonio comprobari debeant, servatis normis, quae pro editione librorum liturgicorum traditae sunt typographis per decretum eiusdem Sacrae Congregationis n. 4266, die 17 maii anno 1911. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 14 ianuarii 1920.

† A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,  
S. R. C. Praefectus.

L. † S.

Alexander Verde, *Secretarius*.

## II

### DECRETUM

#### *De editione typica Missalis Romani*

Evulgata editione typica Breviarii Romani a fel. rec. Pio Pap. X, per Decretum Sacrae Rituum Congregationis die 25 martii 1914 approbata, Commissio Pontificia ab eodem Pontifice die 2 iulii 1911 instituta, quae illam editionem, ad normam Bullae *Divino afflatu* et Motu Proprio *Abhinc duos annos* et subsequentium huius Sacrae Congregationis Decretorum, concinnandam curavit, easdem normas prae oculis habens, diligenti studio manus apposuit editioni Missalis Ro-

mani instaurandae. In qua editione, ex altera typica anni 1900 de prompta, illud tantum innovatum est, quod ex recentibus praescriptionibus liturgicis et ex additionibus et variationibus in Breviario typico inductis, consequeretur. Insuper praesenti editioni Missalis Romani adiectae sunt, ad modum Appendicis, Missae propriae pro aliquibus locis approbatae, quae in respectivis festis particularibus, vel in eorum solemnitatibus externis, ubi ex Indulto Sanctae Sedis concessum est, commode adhiberi poterunt. Itaque has mutationes ordinate dispositas, suis locis respective adiunctas et accurate revisas prouti in hac editione prostant, Sacra Rituum Congregatio, de mandato Sanctissimi Domini nostri Benedicti Papae XV, probari posse censuit. Sanctitas porro Sua, referente infra scripto Cardinali eidem Sacrae Congregationi Praefecto, hanc ipsam editionem suprema Sua auctoritate probavit, eamque uti Typicam habendam esse, cui omnes editiones in posterum conformandae erunt, declaravit atque decrevit.

Contrariis non obstantibus quibuscumque etiam speciali mentione dignis.

Die 25 iulii 1920

† A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,  
S. R. C. Praefectus.

L. † S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

## EL DIA DE LA PRENSA CATÓLICA

La iniciativa española de celebrar anualmente el *Día de la Prensa Católica* ha tenido en todo el mundo una aceptación unánime, habiéndose extendido en solos cinco años, y a pesar de la guerra, a diecisiete naciones.

Sobre este asunto hemos recibido una interesantísima información publicada por «ORA ET LABORA», con fotografías de treinta periódicos europeos y americanos (muchos diarios, y algunos de 16 páginas) de

Francia, Inglaterra, Portugal, Alemania, Suiza, Bélgica, Holanda, Italia, India, Brasil, Canadá, Cuba, China, Colombia, Austria y Estados Unidos, todos ellos de 1919 o 1920, recibidos en el Centro de Propaganda del Seminario de Sevilla, en los que pueden leerse títulos y artículos en todos los idiomas, promoviendo la celebración del *Día de la Prensa*, o anunciando o reseñando la fiesta.

El Papa a petición del Emmo. Sr. Cardenal arzobispo de Sevilla ha hecho extensiva a los fieles de todo el orbe la indulgencia plenaria concedida a los de España por celebrar el 29 de Junio el *Día de la Prensa Católica*, como se ve por los documentos que a continuación se transcriben.

Beatissime Pater:

Enricus Cardinalis Archiepiscopus Hispalen., ad thronum V. S. profunde inclinatus, implorat ut extendatur etiam extra Hispaniam. Indulgentia concessa ad decennium per breve diei 26 Aprilis 1918 Christifidelibus qui tam oratione quam eleemosyna adhaeserint piis actibus, die 29 iunii cuiuslibet anni celebrandis, pro prelo catholico fovendo, vulgo «Día de la Prensa Católica».

Et Deus, etc.

SS. D. N. Benedictus Pp. XV, in audientia impartita D. Cardinali Poenitentiario Maiori die 19 Augusti 1920, benigne annuit pro gratia iuxta preces, servatis, etiam quoad tempus, tenore ac terminis praecitati Apostolici Brevis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

GIOVANNI BATTISTA MENGHINI, *Substitutus*,  
L. † S.

---

# Obra de la Propagación de la Fé en favor de las Misiones de ambos mundos

JUNTA CENTRAL DE ESPAÑA

*CUENTA general de lo recaudado en España para esta  
Santa Obra en el año 1919.*

DIOCESIS	Pesetas	DIOCESIS	Pesetas
Albarracín.....	303'00	Mallorca (Palma).....	3.504'80
Almería.....	430'90	Orense.....	1.005'00
Astorga.....	625'10	Orihuela.....	615'00
Avila.....	936'65	Ortigueira.....	127'30
Badajoz.....	1530'65	Oviedo.....	3.238'00
Barbastro.....	228'00	Palencia.....	2.500'00
Benehadux (Diócesis de Almería).....	100'00	Pamplona.....	7.958'50
Barcelona.....	17.640'01	Plasencia.....	351'55
Burgo de Osma.....	700'00	Seo de Urgel.....	224'00
Burgos (Junta de señoras idem caballeros)	805'30 377'30	Salamanca.....	966'85
Cádiz.....	900'27	Santander.....	3.070'00
Calahorra.....	715'15	Santiago.....	1.263'55
Cartagena.....	612'20	Segorbe.....	1.023'30
Ciudadela (Menorca)...	486'00	Segovia.....	293'00
Ciudad Real.....	249'30	Sevilla.....	3.719'50
Ciudad Rodrigo.....	776'35	Sigüenza.....	900'00
Córdoba.....	349'80	Tortosa.....	430'50
Coria.....	215'00	Tarragona.....	871'40
Cuenca.....	119'10	Tarazona.....	623'65
Gerona.....	325'00	Tudela.....	675'00
Granada.....	2.125'95	Tenerife.....	1.014'50
Guadix.....	250'00	Teruel.....	520'00
Huesca.....	843'50	Toledo.....	1.860'00
Jaca.....	150'65	Tuy.....	1.106'50
Jaén.....	690'00	Valencia.....	5.480'95
León (Junta de señoras.. Idem de caballeros)	225'40 420'60	Valladolid.....	835'00
Lérida.....	253'00	Vich.....	2.100'00
Limosna anónima.....	158'34	Vitoria.....	34.609'95
Lugo.....	1.621'00	Zaragoza.....	1.800'00
Las Palmas (Gran Ca- narias).....	492'00	Zamora.....	306'00
Madrid.....	17.895'40		
Málaga.....	506'90		
Mondoñedo.....	1.718'30		
		TOTAL.....	139.233'95
		Gastos varios.....	133'95
		<i>Total líquido.....</i>	<u>139.100'00</u>

Cuya suma, de *ciento treinta y nueve mil cien pesetas*, ha sido entregada a SU EXCELENCIA REVERENDÍSIMA Mons. Ragonesi, Nuncio Apostólico en esta Corte, para que se sirva ponerla a disposición del Eminentísimo Señor Cardenal Van Rossum, Prefecto de la Sagrada Congregación de Propaganda Fide, en Roma.

Madrid, 5 de Marzo de 1920. —El Vicepresidente, *Prudencio Meló*, Obispo de Madrid-Alcalá. —V.º B.º, La Presidenta, *A. Duquesa de San Carlos*, Marquesa Viuda de Santa Cruz. —La Tesorera, *Condesa de Cerragería*.

---

## BIBLIOGRAFÍA.

---

SIMON (R. P. Hadriano), C. SS. R., S. Script. Lector. —*Praelectiones Biblicae ad usum Scholarum. Novum Testamentum*. Vol. I: «Introductio et Commentarius in quatuor Jesu-Christi Evangelia». Madrid, Redacción de *El Perpetuo Socorro*, Manuel Silvela, 12, 1920, págs. XXIV y 56<sup>o</sup>, en 4º menor. Precio, 10 pesetas.

Déjanse ya ver en halagadora perspectiva los ópimos frutos que está produciendo el Instituto Pontificio-Biblico: artículos en revistas científicas, folletos y libros frecuentemente brotan de las plumas de sus aventajados ex-alumnos. Entre los trabajos realizados en España por los ex-alumnos de tan renombrado centro docente, sobresale, *quantum lenta solent inter viburna cupressi* (Virg. Ecl., I, v. 26), la obra del joven y laborioso P. Simón titulada *Praelectiones Biblicae*, cuyo primer tomo acaba de ver la luz pública, y que bien

merece, por la perspicuidad de su estilo y por la solidez y amplitud de los tratados, figurar como obra de texto en los Seminarios y Colegios Mayores de los Religiosos, según elocuentemente han escrito el Ilmo. Sr. Obispo de Astorga, el P. Ter Haar, y el Lectoral de Astorga, antiguo alumno del mencionado Instituto, Dr. D. Tomás Blanco.

El excelente *Manuale Isagogicum* del ilustrísimo Caminero y los textos de Félix Sánchez, Fernández, S. García y Mújica no sufren comparación digna con Ubaldi, Cellini, Van Steenkiste, Kaulen, Cornely y Vigoroux-Brassac; por esto, triste es confesarlo, han tenido que ser adoptados algunos de los últimos libros como de texto para nuestros Seminarios y Colegios.

Ahora, y nos complacemos en manifestarlo, el vacío que respecto de textos de Sagrada Escritura se dejaba sentir, viénelo a llenar, y por cierto con creces, las *Praelectiones* del docto Redentorista P. Simón, y constará de cinco volúmenes, uno sobre Propedéutica Bíblica, dos sobre el Antiguo Testamento y dos sobre el Nuevo. Si nos fijamos en el primer volumen impreso, muy justamente podemos asegurar que en nada desmerece de los tan celebrados de Cornely-Hagen Van Steenkiste y Brassac; los cuales o son meramente exegéticos, no estrictamente hermenéuticos y explicativos, o si también comprenden la hermenéutica y el comentario, se fijan únicamente en los puntos principales. El libro del P. Simón es integral; apenas se hallarán cuestiones referentes a los Evangelios o a la vida de Jesucristo, por insignificantes que sean, que no se traten suficientemente en este volumen.

Admíranse en este primer tomo, además del método rigurosamente didáctico, del sobrio y castigado estilo y de la esmerada impresión, las breves, pero razonadas explicaciones de los discursos y parábolas del Señor, que tanto pueden servir para que los predicadores huyan de aplicaciones desprovistas de fundamento, el pleno dominio con que se examina la *Cuestión Sinóptica* y la descripción exacta que se

hacé del estado político y religioso de Palestina en tiempo de Jesu-  
sueristo.

Tal vez se objetará que la obra resulta demasiado extensa para  
libro de texto; pero tal amplitud exigen las innumerables cuestiones  
tratadas, si no se quiere caer en la oscuridad laberíntica del Cornely-  
Hagen, y la excelencia de las Sagradas Letras, que, como escribe Fray  
Luis de León, son el colmo y perfección de la ciencia teológica, a cuyo  
entendimiento se ha de ordenar todo como a fin necesario (*Los nom-  
bres de Cristo*, lib. I).

---

†

### NECROLOGIAS.

El día 22 de Octubre falleció D. Juan A. Alvarez de  
la Mata, párroco de Fabero, en el arciprestazgo de  
Rivas del Sil.

Pertenecía a la Asociación Sacerdotal de Sufragios  
y tenía cumplidas las cargas. Hace el número 430.

También falleció el 12 de Octubre, en Villaveza de  
Valverde, arciprestazgo de Tera y Valverde, el Presbí-  
tero D. Antonio Junquera y Junquera.

Su Sría. Itma. se ha dignado conceder 50 días de  
indulgencia en la forma acostumbrada.—R. I. P.